

venus percipiat, non est dubium intercedere simoniacam pravitatem. Si vero ante donationem perciperit ipse proventus, creditus etiam distinguendum, utrum ante donationem constituitur, utrum ante donationem retineatur ad tempus pro causa iusta, & necessaria; an conveniat cum eo, qui accipit beneficium, seu cum mediatore quocumque, ut officio illo cesso, recedat ipse sibi proventus: primum enim membrum creditum esse licitum, secundum autem dicitur non licere, ne viam aperiamus iis, qui pravitatem suam fatigant palliare.

NOTÆ.

M Ediplanensis. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. c. unice. integrum tamen eius dedi in cap. ut nostrum, de esse archid. b Damiani. Ut dicemus in c. 1. infra, de accus. c Cancellarius. Cancellarii officium, & dignitatem illustravimus in c. Ecclesia, de elect. d Donatio devoluta. Juxta adducta in c. dilecti, de supplem. neglig.

c Circa carnalitatem. Ex his verbis aliqui deducunt, non licere Ecclesie Prælati beneficia conferre propriis consanguineis, qui etiam pro ea sententia adducunt principium textus in c. 1. de prob. & textum in c. nemo 14. de simonia: sed verius est, quod si beneficia idoneis conferantur, licet dentur consanguineis, nihil contra disciplinam sacrorum canonum admittitur, ut probat Flaminius Parisius de regu. benef. l. 9. q. 17. n. 123. La. 12. de capel. c. 1. n. 3. Caballos commun. opin. q. 275. Molanus l. de piti testamenti, c. 3. Binsfeldius in 12. de simonia, q. 25. concl. 3. Gutierrez l. 2. questionum can. 4. 23. n. 62. Victoria in relectione de simonia, p. 1. n. 28. fufe rem hanc pertractans, & more solito illustrans, Pater Theophilus Raynaudus t. 12. tract. mala e bonis Ecclesie, c. 1. 2. sect. 1. c. 3. per totum. Unde pater patronus potest filium suum præferre ad beneficium, ut docet Lambertinus de iurep. l. 2. p. 1. q. 8. n. 12. Facit pro hac sententia exemplum Christi Domini, qui in Apollolis elegit Jacobum minore, Simonem, & Judam, 6. Math. 10. c. 3. Enca 6. qui fratres Domini appellari solent, Math. c. 13. v. 35. non quia filii essent B. Joseph ex alia uxore, quam ante sacratissimam Virginem habuerit, ut existimant Epiphanius her. 78. Origenes in Math. d. c. 13. Eusebius l. 2. hist. c. 1. quos ex libris apocryphis hauriunt hanc sententiam, aut et D. Hieron. in Mar. c. 12. tanquam improbat Theodoretus in epist. Pauli ad Galatas c. 1. in fine: quia verius est Beatum Josephum virginitatem omni vix tempore servasse, ut docent D. Hieron. adversus Eustadium, Augustin. l. 4. de civitate Domini, Baronius in apparat. ad annales 96. 63. sed ideo fratres Domini dicti fuerant, quia erant consanguinei Domini, Jacobus progenitus ex Maria, c. 27. Math. 1. c. 15. quæ vel erat foror Anna vix Domini, ut ait Hippolytus Martyr apud Niephorum l. 2. hist. c. 3. cui consentit Baronius ubi proxime, n. 67. vel erat foror, licet non germana, Beatissima Virginis: unde Jacobus confobrinus Domini appellatur ad D. Hieronymo in d. c. 12. Math. 1. Simo autem, & Judas filii erant Mariæ uxoris Joseph, quam alii præbiterunt iuxta matrem Joseph sponsi sanctissimæ Virginis, ut ex Janenio in concord. Evangelic. c. 143. notat Simanchas in deservio statuti

Tol. c. 22. vel ut rectius Baronius in dicta apparat. n. 67. hæc Maria Cleopha foror erat sanctissimæ Virginis, non germana ex Anna genita: sed confobrina ex forore, vel fratre patris, vel matris. Est enim in scriptura frequens, fratrum, aut fororum nomine consanguineos ulteriores gradus significari, ut ajunt Hieronymus, alique supra laudati: unde deducti Simanchas, licet Episcopis beneficia ecclesiastica consanguineis etiam conferre. Nec contrarium probatur in hoc textu, qui procedit quando acceptio personarum habetur, & non cum iudicii discretione, sed juxta carnalitates beneficia conferuntur, tunc enim propter personarum acceptiorem improbat similibus collatio. Nec etiam favet contraria sententia textus in d. c. 1. de prob. quia in eo tantum condemnatur successio in beneficiis ecclesiasticis; cum autem Episcopos conferat beneficium consanguineis, nec præsumptio successioni datur: unde merito non improbat. Nec tandem obstat textus in d. c. nemo, de simonia, quia in illo non agitur de beneficio ecclesiastico titulo consanguinitatis conferendo: sed de peccato eorum, qui vel pretio, vel gratia, vel consanguinitatis intuitu zelant peccata aliena, ne ab Episcopo, vel ejus ministris puniantur; quo casu quomodolibet simonia committitur, exponit Suarez t. 1. de relig. tit. de simonia, c. 37. n. 7. & nos ibi latius dicemus; prosequitur plura Theophil. Raynaud. l. 17. tract. de amore consanguinitatis temperando. Doctrinam hanc n. 1. tradidit probant D. Beruard. de vicia clerici, c. 3. Petrus Blesensis ep. 60. ubi illustravit ejus novus Notator.

f Canonæ. Concilii Turonensis videlicet, relato in c. meritoribus 8. de prob. ubi Commemariarum hujus textus dedit. g Distinctionem. Pro hujus distinctionis expositione dicendum est, omnia Abbate, Immo, Innocent. & aliis in presenti, ideo in priori causa Innocentium asserere simoniacam pravitatem committi, quia agit quando nulla facta fuit legitima reservatio: jam enim tunc non ex reservatione iusta, sed ex conventionis facta cum recipiente conceditur, ut fructus percipiat Episcopus, & tunc datur simonia, quia nulla apparet reservatio facta, sed tantum spirituale datum, & temporale receptum. Secundo causa respondent Innocentius simoniam non dari, quia ante collationem ideo Episcopus percipiat fructus, & sic licet fiat conventio de iudis retinendis, non committitur simonia, quia fructus ex prædictis reservationibus retinetur; quia negare non potest, solum conventionem efficere, ut illicita fiat conventio propter similitudinem illiciti contractus, qui de spiritualibus celebratus censetur, quod prohibuitur est, juxta adducta in c. fin. de pascis; docuit Angujanus de legib. l. 4. c. 7. n. 40.

TITULUS XIII De rebus Ecclesie alienandis, vel non alienandis. CAPUT PRIMUM.

Ex Concilio a Lugdunensi.

NON liceat Episcopo, nec Abbati terram Ecclesie vertere ad aliam, quamvis amba sint in ejus potestate: tamen si commutare voluerint terras earum, cum consensu ambarum faciant.

NOTÆ.

a Lugdunensi. Textus hic ex Concilio Lugdunensi citatur a Burchardo l. 3. Deveris, c. 14. Ivone p. 3. c. 79. Bernardo in c. 1. hoc tit. in 1. collect. non tamen reperitur in ullo ex Conciliis Lugdunensibus hucusque editis: credo tamen transcriptum esse ex Concilio Lugdunensi t. celebrato anno 570. sub Joanne III. ubi editi fuerunt aliquot canones, in quibus agebatur de rebus Ecclesie, & earum conservatione.

COMMENTARIUM.

Ex presenti canone sequens communiter deducitur dispensanda assertio, Prædia unius Ecclesie non sunt ab Episcopo, vel Abbate alteri Ecclesie conferenda, nisi facta permutatione de utriusque partis consensu, Probant eam textus in c. 1. c. 2. c. 3. c. 4. c. 5. c. 6. c. 7. c. 8. c. 9. c. 10. c. 11. c. 12. c. 13. c. 14. c. 15. c. 16. c. 17. c. 18. c. 19. c. 20. c. 21. c. 22. c. 23. c. 24. c. 25. c. 26. c. 27. c. 28. c. 29. c. 30. c. 31. c. 32. c. 33. c. 34. c. 35. c. 36. c. 37. c. 38. c. 39. c. 40. c. 41. c. 42. c. 43. c. 44. c. 45. c. 46. c. 47. c. 48. c. 49. c. 50. c. 51. c. 52. c. 53. c. 54. c. 55. c. 56. c. 57. c. 58. c. 59. c. 60. c. 61. c. 62. c. 63. c. 64. c. 65. c. 66. c. 67. c. 68. c. 69. c. 70. c. 71. c. 72. c. 73. c. 74. c. 75. c. 76. c. 77. c. 78. c. 79. c. 80. c. 81. c. 82. c. 83. c. 84. c. 85. c. 86. c. 87. c. 88. c. 89. c. 90. c. 91. c. 92. c. 93. c. 94. c. 95. c. 96. c. 97. c. 98. c. 99. c. 100. Sed pro subsidiaria ratione in hanc assertionem ita insurgo,

Facultas dispensandi res Ecclesie, totiusque patrimonii ecclesiastici dispensatio competit Episcopo in propria diocesi, c. 1. 2. 3. 4. c. 5. 10. q. 1. c. 1. c. 2. c. 3. c. 4. c. 5. c. 6. c. 7. c. 8. c. 9. c. 10. c. 11. c. 12. c. 13. c. 14. c. 15. c. 16. c. 17. c. 18. c. 19. c. 20. c. 21. c. 22. c. 23. c. 24. c. 25. c. 26. c. 27. c. 28. c. 29. c. 30. c. 31. c. 32. c. 33. c. 34. c. 35. c. 36. c. 37. c. 38. c. 39. c. 40. c. 41. c. 42. c. 43. c. 44. c. 45. c. 46. c. 47. c. 48. c. 49. c. 50. c. 51. c. 52. c. 53. c. 54. c. 55. c. 56. c. 57. c. 58. c. 59. c. 60. c. 61. c. 62. c. 63. c. 64. c. 65. c. 66. c. 67. c. 68. c. 69. c. 70. c. 71. c. 72. c. 73. c. 74. c. 75. c. 76. c. 77. c. 78. c. 79. c. 80. c. 81. c. 82. c. 83. c. 84. c. 85. c. 86. c. 87. c. 88. c. 89. c. 90. c. 91. c. 92. c. 93. c. 94. c. 95. c. 96. c. 97. c. 98. c. 99. c. 100. Ergo multo magis poterit rem unius cum alterius prædium commutare, quando utraque Ecclesia illi prædium. Augetur secundo hæc difficultas: nam ratio finalis presentis prohibitionis de non alienandis bonis Ecclesie facta, ut consuleretur indemnitati universalis Ecclesie, ut constat ex Extravaganti Ambrosio, hoc tit. & docet Riccius p. 1. d. c. 11. Sed universalis Ecclesia, nullum detrimentum patitur ex tali alienatione, sed potius semper ea bona domini universalis Ecclesie sub dispositione Romani Pontificis, quod tamen secula contingit, quando una Ecclesia particularis alienat bona sua, & transfert in facultates: nam tunc universalis Ecclesia magnum patitur detrimentum, cum in eis bonis nullum habeat amplius dominium. Ergo talis casus permutationis non est comprehensus sub prohibitione alienationis rerum Ecclesie. Secundo contra versiculum illum, vel Abbati, presentis textus obstat, quod non

non potest Abbas alienare res monasterii, vel simili alienationi auctoritatem præstare, sed tantum Episcopus, ut probatur in c. Abbas, q. 12. q. 2. c. in consuetudinibus 90. 12. q. 4. Ergo non recte in presentibus docetur, cum Abbati potest alienare, seu permutare res proprii monasterii cum rebus alterius Ecclesie. Tandem in presentem assertionem sic insurgo; Venditio, donatio, seu permutatio, quoad presentem prohibitionem, alienationem rerum Ecclesie acquirantur in jure nostro, d. c. sine exceptione 12. q. 2. c. nulli 5. hoc tit. sed in venditione, & donatione res Ecclesie non sufficit utriusque partis consensus, nisi præcedat præscripta a jure solemnitas: ergo nec Episcopus, aut similis Prælati, etiam accedente utriusque partis consensu, sine debita juris solemnitate rem unius Ecclesie cum alterius res permutare potest.

Quibus difficultatibus minime obstantibus, vera est prædens assertio, in qua ampliatum prohibito alienationis bonorum Ecclesie, de cuius origine, & progressu egimus in c. 2. de his que sunt a Prælat. quamque latius illustravimus in c. nulli 5. hoc tit. Ampliatio igitur in presentibus proponitur ita, ut unius Ecclesie res non possit Episcopus vel Prælati cum re alterius Ecclesie permutare, nisi accedente utriusque partis consensu; cuius ratio provenit ex eo: nam cum dominium rerum unius Ecclesie non in communi ad Ecclesiam, sed in particulari ad talem spectet, iuxta textum in c. videtur 12. q. 2. & ea, quæ dabimus in c. cum iura, de consec. Ecclesie, consequens est, ut Episcopus, aut similis Prælati sine ejusdem Ecclesie consensu talem rem in alium transferre non possit, ex sententia legis ad quod nostrum 11. ff. de reg. jur. iunctis traditis a Petro Fabro, & Gothofredo ibi, quia traditio nihil aliud transferretur, quam jus, quod ipse, qui tradit, habebat, l. traditio 20. ff. de acquir. rer. dominio, l. nemo 20. ff. de regul. jur. Accedit, quia similis Prælati, aut procurator intelligitur rerum Ecclesie, c. p. 12. q. 1. c. quod autem 23. q. 7. Sarmiento p. de rector. c. 1. n. 4. aut defensor ipsarum, c. nonnulli 57. v. 7. v. 8. v. 9. v. 10. v. 11. aut administrator, c. in, c. videntur, c. Episcopus, 12. q. 1. sive curator rerum Ecclesie: sed isti omnes res propriæ curæ, sive administrationis non possunt alienare, l. procurator 63. ff. de procurat. l. si fuerit 7. ff. de donat. l. procurator 17. ff. de manumiss. Igitur nec Prælati, qui dominium non habet, poterit alienare eadem res sua administrationis commissas. Accedit, quia permutatio celebratur cum quis datur aliquam rem, ut alia vicillim et tradatur, l. naturalis 5. ff. de si quis, ff. de postscript. verbis: cum autem dare sit dominium transferre, l. ubi autem 75. ff. ult. ff. de verb. oblig. nemo autem dominium transferre possit, quod non habet, d. l. nemo 20. inde fit, ut quemadmodum realitatem permutatio inutilis est, l. 1. v. 2. ff. de ver. p. 1. c. cum venerabilis 6. de excep. Unde Prælati nisi ex consensu utriusque partis rem unius Ecclesie cum alterius res permutare non valet. Et si inde inferat, hæc ratio recentia nullo casu res Ecclesie alienari possit, sivequidem nec ejus Canonici, quorum consensus hic exigitur, domini sunt rerum ad Ecclesiam spectantium, argumento legis, sed ff. hoc 10. ff. qui manumittitur, ff. de in jus vocando 1. ff. 7. l. 1. ff. quod cuique servetur, l. in rem 7. ff. universitates, ff. de ver. signis, & Ecclesie, penes quem dominium residet, est res inanimata, atque ita consensum præstare non potest, ac per consequens permutationem rerum Ecclesie utiliter nunquam fieri posse. Respondeo subscriptionem Canonicozum simul cum consensu Prælati in presentibus specie sufficere, quia licet singuli dominium rerum Ecclesie non habeant, tamen cuncti omnia expedire valent, que sunt utilia, & necessaria Ecclesie, argumento textus in l. regit 7. ff. de iem. nonnulli ff. ad exhibend. l. nonnulli 97. ff. de condi. ff. de monachis. l. 1. ff. de iust. iudic. l. sequenti, ff. de acquir. poss. l. nonnulli 34. ff. de manumiss. quod utilitatis gratia receptum est, ut ita patrimonium Ecclesie rectius administrari possit.

Nec obstat si inferat, permutationem rerum Ecclesie in presentibus specie sustineri posse, saltem tanquam rei alienæ, sicut sustinetur venditio, l. c. rem alienam 18. ff. de contrahend. emption. l. legatum, l. cum alienam 10. c. de legatis; donatio, l. si alienam 13. l. qui alienam 32. ff. de donat. cum mort. l. si extraneus 44. ff. de donat. inter; nec novum esse, ut dominium, quod quis non habet, in alium transferat, l. non est novum 46. ff. de acquir. dom. l. quod nostrum 62. ff. de usufructu, l. interdum 21. ff. de acquir. poss. Et ita permutationem in presentibus valere posse. Nam in hac specie improbat permutatio ab Episcopo sine consensu clericorum facta, quia Prælati intendebat rem unius Ecclesie cum prædium alterius permutare propria auctoritate, tanquam sibi a jure concessa; atque ita ex defectu potestatis talis alienatio nulla est, adeo ut nec possessio iuxta ea transferatur; quia jus Pontificum similes alienationes rerum Ecclesie non solum prohibuit, verum & irritavit, ut jus ejusdem Ecclesie illatum servetur. Nec obstat textus in d. l. non est novum 46. ff. de acquir. rerum domo, quia dum ait, novum non esse, ut quis in alium transferat dominium quod non habet, restringi debet ad speciem ibidem propositam, cum creditor pignus vendit, tunc enim transfert dominium in emptorem, quia ex voluntate domini rem alienat, s. contra iustitiam, quibus alienare licet, Antonius Faber in rationibus ad l. quod novum, ff. de usufructu. Caldas in tract. de emptione, & conditione, c. 11. Donellus in tr. de pignori, c. 10. creditor enim debitoris intelligitur procurator, l. si pignori 29. ff. familia eredit. Ideoque per debitorem impediendi districtionem pignoris non potest, l. 1. c. 2. ob idem conditionem pignoris impedit non potest: quia lender intelligitur conventum ut possit distrahere, modo caratum non fit, ne id liceat creditoribus, l. si convenit 4. ff. de pignorat. act. quia & eo casu, quo cautum est, ne liceat creditoribus pignus alienare, id permittitur est, modo ea obler-

rentur, que notantur in d. l. si fuerint, & cumulat Donellus, & Caldas Pereyra ubi supra. Nec etiam obstat textus in d. l. quod nostrum 62. ff. de usufructu, quia omnis solutio bonis concessis a Fabro in eius rationibus, Petro Fabro in l. quod nostrum, de reg. jur. Castillo l. 1. de usufructu, c. 1. tit. 39. dicendum est, eam esse Pauli sententiam, ut valeat constitutio usufructus facta ab eo, qui nuda proprietatis dominus erat: quæ sic est accipienda, ut effectum fortiori incipiat, ex quo ad proprietatem accesserit usufructus, in l. si dominus 72. ff. de usufructu, collata scilicet concessione in id tempus, quo dominus proprietatis usufructum habebat, ut explicat Donellus l. 10. comment. c. 5. ubi Olualdas liti. D. ita, ut quod suum non est, futurum tamen speratur, transferat. Nec tandem obstat textus in d. l. interdum 21. ff. de acquir. poss. cuius interpretatio præsentis Accursius ubi verbum Dominum, dum docet heredem præcariam possessionem concedentem, quod ei a jure permittitur in l. 1. rubic. 4. ff. ult. leg. & habet 15. ff. cum qui, ff. de precario, transferre possessionem præcariam, quam ante concessionem non habebat, sed ipsa concessione nanciscitur: & ita uno actu heredem possessionem acquirere, & præcario concedere, exemplo textus in l. singularis 15. ff. de rebus creditis.

Nec obstat prima dubitandi ratio supra adducta, cui respondendum est, quod licet verum sit, Episcopos plenam dispositionem patrimonii Ecclesie olim habuisse, ut referat Baronius rem, 3. mo 341. adeo, ut nulli alii permittit fuisset dispensare patrimonium illud, c. in canonibus 57. 16. q. 1. tamen post divisionem bonorum Ecclesie, factam a S. Simplicio, de qua in c. quatuor, c. de redditibus, 13. q. 2. portio illa, quæ adjudicata fuit fabricæ, sub cura tantum Episcopi est, ut eam leveret, & debuit, c. 1. de donat. c. regenda 10. q. 1. non ut dispenseret, aut pro libito sine causa de ea disponat, c. venerabilis 27. de elec. deleg. exemplo tutoris, qui officium suum exercet, dum meliorem facit pupilli conditionem, non vero cum deteriore, l. tutor 27. ff. de admitt. tut. l. qui fundum 7. ff. si tutor, ff. pro emptor. l. pactum 20. c. de pascis, aut exemplo procuratoris, quia ita debet rem alienam gerere, ut alienando conditionem domini non faciat deteriorem, d. l. procurator 63. ff. de procurat. Nec tunc obstat si dicas, procuratorem, cui libera administratio commissæ est, posse vendere, l. qui ratione 1. ff. nihil autem, ff. de acquir. rer. domo, & permutare, l. procurator 58. ff. de procur. tutori quoque concessam esse, ut remittat actionem pupillo competentem, l. si pignori 54. ff. ult. l. interdum 58. ff. qui tutelam, ff. de furtis. Igitur & Prælati eadem facultas concedenda est. Nam respondendum est asserendo, procuratori generali alienationem ita domini permitti, si constituitur cum libera administratione, secus vero si sine libera, l. 1. ff. de offit. procur. Caldas de emp. & vendit. c. 15. n. 3. Amplius desideratur in procuratore, etiam cum libera administratione, videlicet, ut bona fide rem gerat, & sit domino utilis diligeo; quo casu procedit textus in d. l. qui ratione: alias inutilis non fuerit alienatio, domino non noceret, d. l. procurator 63. quod etiam observatur in alienatione rerum Ecclesie, juxta quam distinctionem accipiendus etiam est textus in l. procurator 58. ff. de procur. dum ait, transigere posse, & permutare procuratorem, cui res gerenda absolute mandata est, ut procedat, dummodo transactio utilis sit domino. Eodem etiam modo exponendi sunt text. in l. nam & 12. ff. de pascis, l. iusturandum 17. ff. procurator, ff. de iurejur. Nec etiam obstat exemplum tutoris, quia licet domini loco haberi solet, l. tutor 27. ff. de admitt. tut. l. ut 157. ff. de reg. jur. hoc tamen procedit cum recte administrat, l. 7. ff. tutor, ff. pro emptor, non cum remittit debitum, d. l. pactum 20. c. de pascis: In specie autem d. leg. si pignori 54. ff. de iust. iudic. l. iusturandum, ff. de furtis, non sunt facta simplex actionis remissio, sed ex causa transactionis, que cum aliquo dano removere fieri debet, l. transactio 28. c. de transact. credendum est in ea specie nihil pupillo fuisse transactionem tutoris, cum alias dimittendi causa non liceat tutori transigere, l. tutor 22. l. Lucius 26. ff. ult. ff. de admitt. tut. sicut nec donare, l. 1. ff. 3. Nec obstat augmentum dubitandi rationis deductum ex d. c. pastorale, de donat. in cuius commentario solutionem dabimus. Nec obest aliud augmentum ipsius difficultatis, peritum ex ratione interdictiois alienationis rerum Ecclesie; quia difficultate moti Peyrinus, Diana, & Hurtado supra relati, existimantur, licere Abbati, vel Prælati, duarum Ecclesiarum rem unius cum alterius res commutare propria auctoritate. Sed ea sententia omittitur, respondendum est, rationem illam hujus prohibitionis, ut res Ecclesie profanis usibus applicentur, non esse finalem, seu impulsivam, aliamque rationem concurrere, videlicet, quia expedit unquamque Ecclesiam dorem suam habere, & conferre, vire; & cum per venditionem permutationem, aut similem contractum, etiam inter Ecclesias celebratum, vera alienatio fingatur, atque evenerit possit, ut bona unius Ecclesie adeo mianquantur, ut non sufficiant pro ipsius doce, & congrua ministrorum sustentatione; ideo oportuit etiam inter ipsas Ecclesias alienationem prohiberi, abique juris solemnitatibus factam: quæ ratio si deficeret, alienatio procederet, cum sic res inter eadem perisus, inter quas prohibito militat, conferretur, ut contingit in alienatione feudis, que non prohibetur inter easdem personas, agnatos videlicet, & similes conjunctos, renuntiando, aut retulando feudum in proximiorum, l. 1. sed etiam de alienat. feud. in ult. feudor. docet Molina l. 1. de primog. c. 16. n. 45. & l. 3. c. 1. n. 22. Similiter adfecta in testamento alienandi prohibitio extra familiam, non reddit alienationem nullam factam in foretorem legatarii, l. valantia 4. c. de fideicom. l. final. c. de verb. signific. & si alienatio prohibetur in favorem libertorum, sustinetur alie-

Distribuitur debita ratio textus.

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.W.L.

alienatio facta inter ipsos libertos, l. pater 39. §. quidam, ff. de legat. 3. Cum enim his, & similibus casibus celestis finis causa prohibitions, alienatio celebrata fuisse. Similiter etiam licet SC. de quo in l. Senatus 43. ff. de legat. 1. Juncto Cujac. l. 5. observ. c. 16. prohibendum esset rebus in jactis distrahere, aut columnas, seu marmora legare, de aspectus in urbis ruinis deformaretur, l. Marcellus 45. ff. de donat. l. 2. C. de edict. privar. tamen de civitate una in aliam, vel de domo in domum transferre non erat prohibendum, quoniam utrobique ratio deformitatis cessat, d. l. 2. C. de edict. privar. Huc etiam spectat, quod de transfectione ab oppidis de pascuis, & jure pascendi facta docet Otero de pascuis, c. 11. n. 38. quae valet si fiat inter duo oppida eidem Principi, aut Domino subiecta; nec requiritur eo casu Regia facultas; quia licet transfectio alienationis domine comprehendatur, e. cum tempore, de arbit. tamen ex quo manent pascua, & termino sub eisdem Principis dominio, ejus licentia non desideratur, dummodo transfectio non omnino cedat in favorem unius oppidi, & alterius magnum prejudicium.

Difficultas alia difficultas

Nec obstat alia difficultas, quam exponemus contra illa verba, vel Abbate; quia responderetur, ea verba esse intelligenda juxta communem sententiam Abbatis, & Beroi hic, Covar. l. 1. var. c. 5. n. 9. Redoan in rubricis, 30. de rebus Eccl. c. 1. n. 6. Flores a Menz l. 3. var. c. 12. n. 7. de Abbate exempto, jurisdictionem quasi Episcopalem exercere, qui potest in proprio monasterio alienationi auctoritatem dare abique eo, quod consensus expectetur Episcopi, c. ad nostram, infra hoc tit. ubi sufficit alienatio facta ab Abbate, quia exemptus erat; quamvis Covar. ubi proxime, existimet in eo textu alienationem ab initio nullam fuisse, sed non recte, cum in ea species necesse fuerit a monasterio probari lesionem, ut alienatio rescindatur, quod praesupponit validitatem actus, argumento textus in l. nam est, ff. de rebus vendit. §. rufus, l. Insti. de alienationibus, quod autem de Abbate exempto in presenti textu agatur, probant illa verba, Episcopo, vel Abbate; quia alternativae dictionis ea virtus est, ut pars una aliam declaret, l. 1. ff. de rebus vendit. & ita consistit non de Abbate ordinario, sed de eo, qui Episcopo similis est, in hoc textu agi, ex eo enim, quod Abbas in praesentia auctoritate Episcopi comparatur, ut recte agnoscitur procedat, intelligi necessario debet de Abbate exempto habente jurisdictionem quasi Episcopalem, argumento textus in l. in his 15. de verb. sign. c. in p. de consanguin. & aff. Abbates ergo, & ceteri Praelati exempti, possunt auctori-

tatem praestare alienationi reum monasterii: & licet olim Episcopi administrationem haberent rerum monasteriorum, c. Abbas 16. c. monasterii 13. q. 2. tamen ex quo exempta fuerunt monasteria a jurisdictione Episcoporum, & lege decretorum per B. Gregorium, & eius successores, ut probatur in l. grave de offic. ordin. non expectatur Episcopi assensus in alienatione ipsarum rerum, ut latius prosequentes solemnitatem novis constitutionibus in alienationibus a Regularibus faciendis praescripserunt, docent Peyrinus, & Thomas Hurtado ubi supra. Nec obstat ultima difficultas, nam respondetur, verum esse permutationem rei ecclesiasticae eandem solemnitatem exigere, quam in aliis alienationibus sacri canonis praescripserunt, ex juris supra pro illustratione conclusionis adductis. Nec contrarium docetur in hoc textu, quia licet ex eo Abbas, quem sequitur Avenda. no de exequend. l. c. 4. n. 36. indistincte docuerit, in permutatione ultra Ecclesiarum consensum non esse necessariam aliam solemnitatem, contrarium tamen verum est, quia licet permutatione iustam alienationis causam praestet, tamen quia facile evenire poterat, ut in simili alienatione frus interveniret, si res exigui valoris pro alia magno momenti permutteretur, ideo causa cognitio procedere debet, ejus tamen non meminerunt Patres in presenti textu, non quia cum neglectis, sed quia de consensu tantum Praelati agebant: quare solemnitatem illam suppliciter potius quam respiciunt.

Superiori assertioni obstat textus in c. cum venerabilis 6. v. per, de excess. ex quo deducitur, Episcopum posse pro arbitrio de praedictis, molendinis, & aliis rebus pertinentibus ad Ecclesiam sibi subiectam dispendere. Igitur quia potest libere rerum unius Ecclesiae permutare propria auctoritate cum reatibus. Pro cuius difficultatis solutione dicendum est, in eo versiculo non referri de consensu Pontificis, sed tantum partis narrationem. Et si adhaec ea verba Pontificis essent, dicendum est, malum interesse, an Praelatus disponat de re Ecclesiae, quae sub eius potestate est, tanquam Praelati, sed immediate ab illis ministris regitur, & eorum sustentationi destinata est, qui casus proprius est praesentis textus; an vero disponat Praelatus de rebus Ecclesiae, quae quoad spiritualia, & temporalia ipsi tantum pariter in primo casu alienatio nulla est, cum facta de re aliena, inconsultis illis, de quorum praedictio agitur: in secundo vero, qui proponitur in d. c. cum venerabilis, alienatio sustinetur, quia facta ab eo, cujus immediate interesse vertitur, & tunc verum est, aliorum consensum non desiderari.

Exponitur c. de excep. c. 4.

CAPUT III.

a Ex eodem.

QUI res Ecclesia petunt a Regibus, & horrenda cupiditatis impulsu egentium substantiam rapiunt, irrita, & habentur quae obtinent, & a communione d. Ecclesiae (cujus facultates auferre cupiunt) excludantur.

NOTAE.

A Otero in Lugdunensi 4. videlicet, can. 11. ex quo citant textum hinc Borchardus l. 15. Decr. c. 36. Garnot, 1. part. Decr. c. 37. Bernardus Papien. in l. collect. sub hoc tit. c. 2. Sed cum canonis ipsius Concilii non extet in tomis Conciliorum, non reperitur in illo Concilio praesentis textus; extat tamen in Concilio Avernensi sub Theodobergo, can. 4. ubi in principio male legitur, qui regulam, pro qui res: & etiam extat in Concilio Meldensi, can. 40. quem refert Antonius Augustinus in epist. p. 1. l. 15. tit. 38. & eadem verba tanquam Synacchi Papae allegantur in capitibus villa Sparnacii, c. 42. Tam in Concilio Avernensi, quam Meldensi statuitur, rerum ecclesiasticarum interdictionem esse Regibus dispensationem: occasione autem illi constitutioni praebat Theodorius Galliae Rex, qui bona Ecclesiarum, pauperumque tyrannica praesumptione dilapidaverat. In eius locum successit Theodobergus, regni potius, quam paternae perfidiae successor, veterem libertatem Ecclesiarum restituit, caravit auctoritatem praestans, ut Ecclesiae Patres in eos animadverterent, & poenas intinerent, qui bona Ecclesiarum a Regibus impetrarent; quae de causa celebratum fuisse Concilium Arvernaense, testatur Gregorius Taronenfis l. 3. de gestis Francorum, c. 34. Baronius anno 541. n. 38. Severinus Binius in notis ad illud Concilium, tom. 2. part. 2. & licet haec constitutio, ut facta in Concilio provinciali, generaliter universalem Ecclesiam non obligaret, ut procedit in Synodis provincialibus, & catholica 8. n. 11. diff. c. Concilium 6. 17. diff. junctis traditis a Patre Salas de legibus diff. 8. Joanne Darris in 15. diff. tamen cum volumine constitutio auctoritate Gregorii IX. in hoc Decretalium volumine transcripta sit, vim generalis constitutionis obtinet virtute Pontificiae approbationis, juxta tradita in nostro apparatu. Praesens ergo prohibitio generalis est, complectens omnes impetrantes bona Ecclesiae a quocumque Principe seculari, tum quia constitutio, ut generalis manet, & in cap. quinquagesimo 4. l. 2. q. 2. & in c. in canonibus 57. 16. q. 1. generaliter ita cavetur, a quocumque Rege, seu seculari Principe; tum quia ratio constitutionis expressa in cap. final. hoc tituli, quia videlicet laici Principibus nulla est attributa potestas disponendi de rebus Ecclesiae generalis est. Nec obstat quod causa praesentis constitutionis temporalis fuit, videlicet invasio Theodorici; atque ita ea cessante, & prohibito cessare videatur, cap. cum cessante, de appellat. Quia dicendum est, invasionem tyrannicam Theodorici, causam praebuisse, ut Pa-

tres Ecclesiae in urbe Arvernensi congregarentur, ut restituerent priusnam immunitatem: at vero ipsa restitutio libertatis Ecclesiae fuit praecipua, & finalis causa hujus constitutionis, quae cum ubique vigeat, omnes laicales Principes comprehendit. **b** Substantiam.) Iude bona Ecclesiae dicuntur bona pauperum, c. quia iusta 59. c. decimis 56. 16. q. 1. c. futurum 15. 17. q. 1. Sed cum penes dominum uno, eodemque tempore esse non possit, si ut certis, si si dicitur, ff. commodati, l. 3. §. ex contrario, ff. de acquit. possid. dubium est, an dominum rerum Ecclesiae sit penes Ecclesiam ipsam, an penes pauperes? In qua quaestione varia sunt Interpretum sententiae. Prima fuit Hugonis relati a Glossa in c. causa 13. de verb. sign. Abbas in eum estis, n. 19. de testam. existimantium, dominium rerum Ecclesiae esse penes Deum, juxta illud Psalmi 23. Domini est terra, & plenitudo ejus; referentur in cap. quo iure 8. diff. c. in 26. v. Cum enim, de decimis: quae sententia probatur ex c. cum ex 34. v. De Christi patrimonio, de elect. cap. cum futurum, v. De patrimonio Iesu Christi, de praebend. cap. qui Christi patrimonio, cap. qui minister 6. v. Ergo qui Christi, 12. quest. 2. Sed haec sententia merito improbat a Sarmiento de reddi. l. p. c. 1. n. 22. ex eo praecipue, quia hoc dominium Dei universale est ratione creationis de nihilo, gubernationis, & superioritatis, & non adferatur dominio directo, nec uti, iure gentium, & legibus humanis introducto; imo ideo Domini sumus, quia Deus Dominus est, & eius largitate bona habemus, c. Salvator 8. v. Quisquis 1. q. 5. & d. c. convenerit 23. q. 8. Etiam alia secunda referunt opinio a Turrescra. in c. videtur 12. q. 1. n. 2. Sarmiento & alii supra, n. fin. nempe dominium rerum Ecclesiae esse penes Romanum Pontificem: sed ab illidem improbat, & maxime quia Pontifex non est dominus talium rerum ecclesiasticarum, sed dispensator, ut constat ex D. Paulo 1. ad Corinthios, cap. 4. in princip. ibi: Sic nos existimem homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei, n. D. Thomas 2. 2. quest. 10. art. 1. ad 7. & alii fundamentis supra adductis in cap. 1. de praebend. & quia si Summus Pontifex illorum bonorum dominus esset, posset omnia Ecclesiarum bona libere, & ad libitum alienare; sed hoc facere non potest, ex cap. non licet Papa 20. 12. quest. 2. ergo non est penes eum dominium rerum ecclesiasticarum. Ideoque tertiam opinionem refert Glossa in d. c. expedit 12. q. 1. & Glossa in d. c. causa, Carpenis de verbo Salis; nempe praedictum domi-

dominorum rerum ecclesiasticarum esse penes pauperes: pro qua sententia primo facit noster textus, v. Egentium substantiam rapiunt. Secundo facit textus in d. c. expedit, v. Pauperibus; quam etiam probant caput futurum 15. Ad fovendos egentis, & caput Episcopi 23. 12. q. 1. caput decime 66. v. Decima tributa sunt egentium numerum: caput finale, v. Quicquid habens dicit, & pariter est, 16. q. 1. & confirmatur ex Novella 36. Justin. sub tit. c. C. de sacros. Eccl. v. Et au. omnia deferturur Ecclesis, ut in pauperum educationem distribuantur. Ex quibus verbis aperte colligitur, Ecclesiam melius esse, per quod pauperes acquirunt tale dominium. Sed haec sententia similiter improbat a Turrescra. & committitur in d. c. videtur, n. 2. Sarmiento cum relatis ab eo a n. 17. tum quia ea admittit, sequeretur pauperes non posse committere litem in rebus Ecclesiarum, & clericorum; nec ipsos clericos dando elemosynam pauperibus, eam virtutem charitatis exercere, sed potius suam lucram illis reddere. Tum etiam, quia bona Ecclesiarum sine destina ad sustentationem ministrorum Ecclesiae, c. bonis 25. c. Vulturum 25. 12. q. 2. quare non est major ratio, cur dominium eorum sit potius penes pauperes, quam penes ministros Ecclesiae. Accedit, quia pauperes incerta pericula sunt, siquidem certa lege eorum qualitas non reperitur definita: unde apud illos totum penes singulos non potest residere, & ad 200. ff. de off. leg. l. nulli 23. C. de Episc. & Cleric. nec apud ipsos tanquam universos, quia pauperes non constituent universitatem, seu collegium, ut probat Sarmiento ubi supra, n. 19. Nec contrarium probatur in hoc textu ibi: Egentium substantiam rapiunt: nam responderetur jura haec non esse intellegendam quoad dominum, sed quoad debitum; nam cum bona illa donata a fidelibus Ecclesiae, ipsa Ecclesiae retineat ad sustentationem operis divini cultui necessaria, ut ex his bonis, quae superflua, debet pauperibus elemosinam erogari, c. fin. 12. q. 1. merito illorum bonorum patrimonium dicitur pauperum, ut docent Navarrus in apolo. q. 1. monit. 13. latius Sarmiento supra, n. 20. His ergo, & alii sententiam omnium dicendum est, dominium rerum Ecclesiae residere penes Ecclesiam illam particularem, cui talia bona applicata sunt pro dote, ut laudetur ex d. c. inter 16. q. 3. d. c. expedit, d. cap. causa; non autem esse dominium penes Ecclesiam universalem, & multo minus penes Ecclesiam materialem, seu lapideam, prout muris comprehenditur, ut probat Turrescra. & Sarmiento ubi proxime, Molina l. 1. de primis, c. 10. n. 44. P. Molina tract. 2. de iustitia, disp. 142. Nec persona aliqua singularis habet dominum, sed sola communitas; persona autem singularis, non ut talis, sed ut pars, & membrum communitatis, habet in ipsis rebus jus utendi ad sustentationem; cum haec tamen differentia, quod alius est tantum membrum simplex, ut Canonici, & ille tantum habet aliam; alius vero est membrum principale, & caput totius communitatis, ut Episcopus, qui habet dispensationem, & distributionem, ut docet Goriolanus in notis ad Concilium Viennense, in addit. summe, fol. 93.

c Irta habetur.) Pro quorum verborum expositione sunt qui existimant, recipientes rem Ecclesiae a Principe, privati omnibus rebus iuste, vel iniuste ab Ecclesia obtentis: ita Joannes Andreas, Abbas Siculus, & Panormi. in presenti. Sunt etiam qui distinguunt, an ex motu proprio Principis fluxerit concessio ipsa, an ex importunitate petentis? Ut si motu proprio emanaverit, irrita tantum fiat concessio, si vero ex importunitate, omnibus Ecclesiae bonis privatur. Sed versus faucentiaris, & Beronius in presenti docuerunt, relatis verbis declarari irritum esse contractum super rebus Ecclesiae auctore alienatio sine subscriptione, ut solet irrita declarari quaecumque iunctis traditis, de his qui sunt a Praelato. Quae sententia confirmatur ex c. quinquagesimo 4. l. 2. q. 2. & ex ea provenit, ut Ecclesiae possit propria bona vindicare, & repetere a quocumque possessore, juxta textum in c. si quis 6. hoc tit. Nec dicas, irrita statui nullatenus esse in presenti, cum ipsa iam statuta nullitas ad alienationem auctore Principe factam protrahat fuit, ne ita recipientes bona Ecclesiae a Principe, falso existimarent se utos esse, & actione tantum concessa Ecclesiae in Principe, exemplo textus in l. deus a Zenno 3. C. de quodam. Praescripi. Nec contrarium probatur in c. de rebus 22. 12. q. 1. in illis verbis: Ipse fit Princeps pro emanatione restituitur, & c. Nam licet Nicolaus ibi asserat, Principem bona Ecclesiae dissipantem incipuum esse, non tamen negat actionem competere Ecclesiae adversus invasorem, & postulatorem rerum ipsius; sed haec actione concessa, quod Pontifex arguendus esse, tam Principem concedentem, quam accipientem bona Ecclesiae de manu illius.

d Communio Ecclesiae.) Quae verba ita sunt exponenda, ut excommunicationis mucrone feriatur recipientes a Regibus bona Ecclesiarum. Non tamen leve difficultas est, an ipso jure ita recipientes excommunicati maneat, an vero sententia iudicis procedere debeat? Et ipso facto eos excommunicatos esse, probatur ex eo, quia invasores rerum Ecclesiae ipso jure excommunicationem incurunt, c. canonica 17. 11. q. 3. c. omnia 5. 17. q. 4. c. conquisiti 22. de fert. & accion. Contrarium vero, imo a iudice sententiam esse profectum, deducitur ex presenti textu, ibi: Irretur, iunctis traditis a Glossa finali in c. grave, de excess. Praelati, Castro lib. 2. de lege praesuli, c. 7. Tiraquel in l. sanguis, verbo Revertitur, in 39. C. de rebus donat. Sarmiento de cons. disp. 3. sect. 7. & taciunt textus in c. conquisiti 16. de

fore compet. c. nulli 3. c. indigne 1. c. de rebus 22. 12. q. 2. Sed pro hujus dubii solutione distinguendum est, aut enim cum violentia sit rerum Ecclesiae invasio, & tunc ipso facto excommunicatio incurritur, juxta textum sic intelligendum in d. c. omnia, aut sine violentia sit distractio, & opus est sententia iudicis, juxta praesentem textum, & similes: quam distinctionem probant Navarrus in manuali, cap. 17. n. 95. Salecio in praxi, c. 87. litera D. & late de hac excommunicatione agunt Azor. 1. p. instit. lib. 9. c. 27. q. 10. Suarez de censur. disp. 22. sect. 17.

COMMENTARIUM.

EX praesenti canone Concilii Lugdun. sequens committitur deducitur assertio: Petens, seu recipiens a Principe seculari bona ecclesiastica, illis privatur, & excommunicatur. Probant eam textus in c. quicunque 30. v. Pradia, c. de rebus 22. v. Concilium, 12. q. 2. c. in canonibus 57. 16. q. 1. c. in 15. c. ad idem 31. de decimis, c. placuit 16. q. 3. extra vag. v. v. Si qui a se 4. h. d. c. si quis dicitur 12. c. quoniam 13. 16. q. 7. c. cum ex placuit, v. Eccl. h. d. c. de privati. Concilium Parisiense 3. can. 1. Concilium 6. Romanum sub Synacchi, ibi: Valde iniquum ergo, & ingens sacrilegium est, ut quaecumque, vel pro remedio peccatorum, vel salute, vel reque animarum lazarum unaliquis venerabili Ecclesiae conquirent, aut certe reliquerit, ab his, a quibus haec maxime severari convenit, id est Christianis, & Deum timoribus hominibus, & super omnia a Principibus, & primis regionum, in aliam transferri, vel coaveri: Propterea qui haec non praeviderit, & alter quam scriptum est, praedia Ecclesiae tradita perierit, anathemate feriatur. Trident. sess. 21. de reform. c. 11. Nicolaus in epist. 1. ad Michael. Imperat. ibi: Irrationabile est, ut ecclesiastica possessio, unde luminaria, & conclonacionis Ecclesiae Dei fieri debent, teneat quavis potestate subtrahatur. Et 63. ad Aquitanos, ibi: Similiter autem & de his horarum aliquo tempore ablatum, quod iustum non fuit, nec est; & quibus haec sibi vindicant, Deum inde habebit iudicem, & ultorem. Hincmarus Rheimsensis ad Ludovicum Regem Francorum, c. 4. ibi: Sicut qui dicunt, ut audivi) quia res Ecclesiasticae Episcoporum in vestra sunt potestate, ut cuiusque volueritis, eas honetis; quod si ita est, ille malignus spiritus, qui primo patres nostros perdidit, perditionem vestram in aures vestras suluratur. Alia jura testimonioa congerit Ant. Aug. in ap. vari. l. 15. tit. 23. Illustrat ultra concilio a Cenedo ad Decret. collect. 21. Barbosa, & Garano in praesentis, Cajacius hic, Baronius anno 451. n. 38. Severinus Binius in notis ad Concil. Arvern. P. Gregor. l. 33. Synagm. c. 16. Suarez adversus Regem Angliae, l. 3. c. 7. & de legibus l. 3. c. 34. Salas ord. tract. disp. 144. sect. 8. Valenzuela in descript. contra Venet. 1. 7. ex n. 50. Germonius in descript. libertatis Ecclesiasticae, Cardo in praxi, verbo Sacrilegium, Menochius de arbitrat. l. 3. c. 389. Greg. Lopez in lege 26. gloss. 6. titul. 29. part. 3. & in l. 53. gloss. 3. in princ. tit. 5. part. 5.

Sed adversus hanc assertionem ita prohabandi ratione infirgo: Quotiens Princeps secularis rem alienam donat, vel in alium transfert, non competit vindicatio vero domini contra possessorem, sed ipse habet actionem intra quadriennium adversus Regem, seu Principem, l. 1. l. bene 3. §. final. v. sed adversus, c. de quadrienn. prescripi. Ergo similiter Ecclesia bona sua a possessore repetere non potest, sed tantum intendere actionem in ipsam Principem. Deinde etiam infirgo in eam partem praesentis assertionis, ubi asseritur recipientem bona Ecclesiae, non solum ea restituere cogi, verum & excommunicari, & sic arguuntur: Quando recipiens bona ad eorum restitutionem obligatur, restitutione eas, quod recipit, liberatur, c. nulli 3. v. Usque ad considerationem, Ecclesiae quae satisfactionem, c. quicunque, v. Nisi eadem praedia Ecclesiae restituerit, c. indigne 21. v. Res recuperata, 12. q. 2. late illustrat perdoctus Pater Theophilus Raynaud, 1. 1. tract. mala o bonis Ecclesiae, Sec. fol. 42. Ergo non recte in presenti docetur, recipientem bona Ecclesiae a Principe seculari, ea restituere teneri, & simul excommunicari.

Adhuc tamen defendenda est praesentis assertio, quae cum duplicem contineat partem, duplici nititur ratione. Prioris partis assertionis vera ratio provenit ex vulgari juris principio, quo docetur, neminem posse dare quod non habet, c. d. de rebus 24. 1. q. 7. l. traditio 10. ff. de acquit. domini, c. non 74. de regul. jur. lib. 6. l. nemo 54. ff. ad. tit. c. quod autem 5. de iurepat. Sed laici, etiam laicales Principes, nullam potestatem habent in rebus ecclesiasticis, c. 1. c. de iure 5. c. si Imperator 11. 96. diff. c. quae Ecclesiarum 7. c. Ecclesia 10. de constitut. c. quatuor 4. de censibus in 6. iunctis traditis a Patre Suarez in descript. sect. 1. 3. c. 3. §. 8. Ideo Principes laicales ex defectu potestatis nequeunt de rebus ecclesiasticis disponere, & per consequens in presenti recte docetur, quamlibet alienationem bonorum Ecclesiae factam a Principe seculari nullam esse. Quarta autem debeant Principes se abstinere a bonis Ecclesiae, eorum invasione, seu distractione, doctae probant Bernegherus ad Tractum q. 18. D. Joan. Solorzaus embi. 40. per ser. Secunda vero partis praesentis decisionis ratio provenit ex eo, quia recipiens bona Ecclesiae a Principe seculari, sacrilegii participes est, c. qui rapit 18. 17. q. 4. acquiraturque raptor, cum idem sit rapere, ac iniuste detinere, c. sepe 18. v. Et quod non minus interest, de restit. spol. c. de rebus 12. q. 2. sed sacrilegus excommunicatus manet, c. conquisiti, c. cum sit generalis, de foro compet. Ergo

Conclusio traditur de posteriori.

Impugnatio ratio de assertio.

Ad ducitur ratio de deus.

BIBLIOTECA CENTRALI U. A. N. L.

Ergo merito in presenti statuitur, recipientem a Principe laicali bona Ecclesie, excommunicandum esse, id est privandum communione fidelium, non solum illius Ecclesie, cui bona ablata sunt, verum & communione totius Eccl. Catholice, & universalis, que dicitur communio fidelium, d. c. nullo, d. c. quinquagesima, d. c. de reb. 12. q. 2. quoniam quando una Ecclesia spoliatur, & laeditur, universalis Ecclesia offenditur, quae una est, & legitur 18. q. 1. i. i. de foro comp. docent in presenti simola n. 2. Abbas n. 1. Beroius n. 18.

8 Respondeo, quod difficultas, quae late persequitur Hermosilla in 5. p. tom. 2. fol. 237. inter quas late praecipua recentetur, videlicet ut non procedat in bonis Ecclesie a Principe datus, vel donatis, tum ob defectum potestatis in ipso Principe largiente, tum quia ut regula dicitur legis bona in bono, locum habent, desiderant bona fides in ipso Principe res alienas possidentes, sed Princeps dum dirigitur res Ecclesie, bonam fidem habere nequit: ergo non potest eo casu habere locum remedium d. legi bona in bono. Accedit, quia regula illius textus locum non habet in rebus maioribus, Glossa verbo debet, in l. h. c. si adversus fidei, ubi Baldus n. 8. Diannus reg. 238. limit. 10. Sed Ecclesia frangit iure maioris, et l. c. auditus 2. de in integ. restit. Ergo nec in bonis Ecclesie remedium illius textus locum habet. Nec obstat secunda difficultas supra adducta; nam in presenti specie recipientis bona Ecclesie a Principe seculari, non solum bona ipsa restituere debet, verum & excommunicari potest propter crimina sacrilegii, quod commisit in ipsa usurpatione, & detractione honorum Ecclesie, quae iuste, ut ceteri fideles detestentur a simili invasione, in presenti statuitur, recipientem bona Ecclesie a Principe seculari, communione fidelium privati.

9 Exponeitur, quod si agros desiderat Imperator, potestatem habet vindicandorum. Ex quibus deducitur, Principem sacularem dominum esse praedictorum Ecclesie, si quidem vindictio tantum vero domino competat, l. in rem 23. ff. de rei vind. Igitur

si Princeps habet verum dominium rerum Ecclesie, quilibet privatus poterit eas impune recipere ab ipso. Pro cuius difficultatis solutione dicitur d. d. Ambrosi verba illa proferre, non animo approbandi factum Principis, sed tantum inveniendi, & tolerantiam illam, ut constat ex illis verbis, Imperatori non doto, sed non nego. Ut autem hac interpretatio licetius probetur, sciendum est, temporibus D. Ambrosii Imperium obtinuisse Valentianum cum matre sua Iuliana, quae Arriana heresi infecta erat; hac autem diram invenit in Ambrosium, & religiosos Catholicos Ecclesie Mediol. persecutionem, ut refertur Baron. l. 1. anno 387. n. 1. & ex d. Diana 17. r. 1. res. 19. Paulinus in vita S. Ambrosii, ei vero vehementer resistit Ambrosius, ut constat ex d. c. concenit, asserens res Ecclesie Imperatori tradi posse, tributumque ex eis solvi, ingruente illa persecutione non esse, quia Christi hereditas est: unde verba supra relata non sunt accipienda de iusta, & legitima vindictatione, sed de iniusta, quae ex usurpatione proficitur. Vindictio enim nonnunquam sumitur pro usurpatione, & petitione, l. ex impetito 23. de legat. 3. per d. c. 22. C. mandati, notatur Alciac. in l. 1. n. 1. ff. de legat. 1. Offald. ad Donellum l. 20. tom. 1. l. 1. d. 2. unde in d. c. si rituum, nullo modo affirmat D. Ambros. jure posse Imperatorem bona Ecclesie sibi vindicare, sed potius si ex peccatis, patienter reddenda esse, quia enim fides catholica per aspidis illius, ad viperam malignitatem periclitabatur; et intentus in filium vicendam S. Ambrosius, pra. fidei pendio, quod imminerebat, professus est, se negligere temporalia damna, ut post Baronium anno 387. narratur Theop. tom. 12. r. mala e. bonis Ecclesie, c. 2. n. 1. Germanus l. 3. de factor. immunit. cap. 13. mon. 73. Martia de iurid. p. 1. n. 47. Jacob. Duran. l. 2. var. c. 8. & nos alibi.

Hinc commentario adjuungi possunt ea, quae de Ecclesie manu laici non recipiendi consensu in c. quisquis, & de elec. & ea quae de decimis a Regibus obrentis adduxi in c. prohibemus, de decimis.

C A P U T III.

Ex Concilio a Toletano.

Consensus totius Concilii definitur, ut Sacerdotibus, qui aut res suas Ecclesie resignant, aut nihil habentes, aliqua tamen praedia, aut familias Ecclesie suis conquirunt, liceat aliquos de b familiae Ecclesie ejusdem manumittere, juxta rei collatae modum, quem antiqui c. canones decreverunt, ita cum d. peculio, & posteritate e sua, si ingenui sunt, sub patrocinio Ecclesie maneat, f. utilitates injunctas sibi, juxta quod poterint, prosequentes.

N O T A E.

1. Toletano. Ita legitur in 1. collect. sub hoc tit. c. 4. & apud Barchardum l. 3. Decret. c. 177. Invenim 34. Decret. c. 238. apud Gratianum in c. Episcopus 12. q. 2. argue in ipso Conc. Tolet. 4. can. 68. repetitur verba hujus textus. Concilium hoc celebratum fuit sub Justo Toletano Praefate, anno 3. Sisenandi Regis Gothorum, 3. die mensis Decembris, Aera 671. id est anno Dom. 633. in Ecclesia S. Leocadiae Virginis & Martyris, ubi congregati fuerant Episcopi 66. cum ipso Rege, ut refertur Loyola in notis ad ipsum, Villadiego in historia Reg. Goth. n. 27. Sahabedra in chron. Goth. in vita Sisenandi. Fuit celeberrimum hoc Concilium: tum quia interfuerunt S. Isidorus, Justus, & Julianus: tam etiam quia in eo gravissima negotia, tam Ecclesie & rerum spiritualium, quam Reipublicae, & rerum temporalium decisa fuerunt; & ut alia omittam, in eo Concilio facta sunt collectio legum libri Fori Judicum, ut refertur Villadiego, & Sahabedra ubi proxime. b De familia. Videnda sunt quae notavi in cap. de familia, de servis non oratis.

18. p. 3. contrarium vero observatur in libertis privatorum, circa quos discrimen versatur inter libertatem datam in ultima voluntate, & praestita inter vivos; nam si deur inter vivos, peculium censetur concessum, si vero in ultima voluntate, nisi specialiter detur censetur ademptum, l. si servus 57. de peculio, l. si cum optio 14. ff. de optio. l. si legatus 24. ff. de pecul. legat. l. cum. C. de peculio eius qui liberi, §. peculium Testis, de legat. juxta quam distinctionem accipiendi sunt text. in donatione 21. §. puer 2. l. ad quem 25. ff. de donat. l. si quis servus 18. l. si servus 30. l. quod servus 35. ff. de solut. l. quoties 29. ff. de contrah. emptio. l. 2. §. servus, ff. pro emptore, l. final. C. de emancip. liberor. l. si servus 30. de iure dotium, l. post 6. §. 1. ff. de liber. legat. l. 6. §. vicarius, l. 15. §. 1. 19. §. 1. ff. de pecul. l. h. c. de manumissio. vindictis, l. 6. §. 17. ff. de pecul. l. si per imprudens 51. ff. de verbor. l. Motus 66. ff. de legat. 2. l. Offidius 97. l. servus 99. in fine, de legat. 3. l. generaliter 41. §. si Titus, l. ff. de fideicom. liberor. l. 10. ff. de manumissio. restit. l. 28. §. 1. ff. de statutis, l. 10. ff. de pecul. legat. & posteritate.) Speciale etiam est in libertis Ecclesie, ut etiam eorum liberi nati post manumissionem parentum remaneant sub patrocinio ejusdem Ecclesie, ut expresse probatur ex c. de libertis 12. q. 2. & docent hic Abbas n. 6. Immo l. n. final. Beroius n. 14. qui adierunt praedictos Ecclesie libertos, eorumque filios remanere in Ecclesia ad praestandas eisdem operas serviles ipso iure impositas.

Utilitates injunctas.) Concilium Concilium Aurelian. ubi statuitur, ut liberti, quos Sacerdotes, Presbyteri, vel Diaconi de Ecclesia sibi commissa facere voluerint, actus Ecclesie prosequantur; quod si facere contempserint, ad primum servitium revertantur. Quid est autem actus Ecclesie prosequi, nisi commotis Ecclesie invigilare, & promissas et operas strenue exequi, ut exponit Lemaitre l. 3. de bonis Ecclesie, c. 10. Cuius libertos vero licitorum, eorum operas, & lucellionem, plura dabimus in c. 2. de iustis, ab interfecto.

C A P U T IV.

Ex Concilio a Toletano.

Episcopi qui nihil ex proprio suo Ecclesie Christi conferunt, liberos ex b familiae Ecclesie ad condemnationem suam facere non presumant. Impium enim est, ut qui res suas Ecclesie Christi non conculcavit, damnum Ecclesie inferat. Tales igitur liberos successores Episcopos absque aliqua oppositione ad jus Ecclesie revocabit.

N O T A E.

Toletano. Quarto videlicet, can. 67. ex quo verba haec transcripserunt Barchardus l. 3. Decret. c. 589. Ivo

Carnot. p. 3. c. 219. Gratianus in c. est illi 12. q. 1. Bernardus Papiens. in 1. collect. sub hoc tit. c. 5. b Ex familia.) Seu familiae, ut notavi in cap. 3. de servis non oratis.

COMMENTARIUM.

EX his duobus Conc. Tolet. canonibus sequens deducitur communiter assertio: Si Praelatus Ecclesie tantumdem dederit, vel acquirerit Ecclesie, ejus servos manumittere potest; alias si manumittat, revocabitur libertas per successorem. Probatur cum textus in c. insinuum 55. c. si quis in qualibet 56. vult. Tantum, c. Episcopus qui 58. c. liberti 91. c. de libertis 63. cum dicitur legi. c. quinquagesima 66. 12. q. 2. c. si quis in qualibet 56. vult. tantumdem, 12. q. 2. Conc. Hispan. l. can. 1. ibi: Si res praedictas tui Gaudentii Episcopi Ecclesie vestra non possidet, liberi qui ab eo facti sunt, non sunt legitime absoluti. Ceterum si res illius in compositionem facta Ecclesie vestrae deseruiant, illi profus maneat liberi. Et can. 2. ibi: Ea vero principia, quae memorata de jure Ecclesie sine sublata vero compositione, si similia de proprio suo Ecclesie ipsi non complerint, Ecclesie vestrae absque aliqua oppositione recipiat. Conc. Emerit. can. 20. ibi: Multi sacerdotum, proinde illis concessit divina gratia, habent, unde canonum ordinem implent, & sic libertos faciunt; & sunt multi, qui nihil habentes, ad hanc gratiam veniunt, & sic libertos faciunt praesumant: tales libertos regula canonica esse non jubet stabilis. Casaraugust. l. can. 4. refert An. Aug. l. 10. tit. 22. Conc. Aurel. c. can. 9. Illustrat post concessos a Barbola sui, Cujacius in presenti, Redoanus in re de rebus Eccl. §. manumissio, Rebusius in compos. alienat. an. 63. Chafaneus in consuet. Burg. rubric. 9. §. 9. Lemaitre de bonis Eccl. l. 2. c. 9.

Sed pro dubitanti ratione in praesentem assertionem ita surgit: Manumissio alienatio est, lex quoque 22. G. de administr. tut. l. fin. C. de rebus alienis: sed alienatio rerum Ecclesie non potest fieri sine iuris solemnitate, c. placuit 91. cum seq. 12. q. 2. c. 1. vult. Tractus solemnis, c. 2. h. c. l. 6. Ergo Episcopus etiam tantumdem largiendo Ecclesie, non potest ejus servos manumittere. Augetur haec dubitanti ratio eo quo, quia si Rector Ecclesie ejus servos manumittit, non tantum coram affirmatorem, verum & duplum praestare cogitur, c. Episcopus qui mancipium, 22. q. 2. iuncta l. 7. tit. 14. p. 1. Ergo non sufficit tantumdem praestari ab Episcopo, ut servos Ecclesie manumittere possit. Secundo difficultis est alia pars assertionis, ubi assertur, servos iniuste manumissos ab Episcopo, per ejus successorem cum posteritate revocari ad servitutem; nam minor, & Ecclesia acquiparantur, c. 1. c. auditus 3. de integ. restit. sed libertas iniuste a minore data semel, non revocatur, l. si ex causa 9. §. fin. ff. de minor. l. 1. & 2. C. si advers. liberti, l. si ex causa 26. G. de liberal. causa. Ergo nec ab Ecclesia semel data libertas revocari potest.

Adhuc tamen defendenda est praesens assertio, pro cuius expositione sciendum est, servos Ecclesie, quos frequenter fideles Ecclesia donabant, ut dicitur in c. insinuum 4. de verum permutatio, & ex triplici causa ab Ecclesia Praelatis manumitti solere. Prima, quia ipsi fugitivi essent, & inutilis, dominosque magis torquerent, quam juvarent. Concilium Agathense etiam revocari fuerint, tamen non possunt, simili ratione ab Episcopo si voluerit, aut si ita illi meruerint, dirahantur. Si enim servus fugitivus peculium haberet satis pingue, quo se post servitutis oneribus eximere, facile adducebantur Episcopi, Abbates, ac Presbyteri, ut accepta pecunia libertatem praestarent, ut ex veteri charta cujusdam manumissionis probat Lemaitre l. 3. de bonis Eccl. c. 9. Secundo servi Ecclesie olim ab Episcopis manumittebantur sapius, ut sacris manumissionem egi in 1. de servis non oratis. Tertia ratio manumissionum servorum Ecclesie fuit liberalitas, & beneficentia Episcoporum, qui servos suos benemeritos, sive testamentum, sive inter vivos manumissionem donabant; non vero cuilibet Episcopo, vel Praelato licebat servos Ecclesie pro arbitrio manumittere: qui enim patrimonium non habebat, nec poterat ex sua substantia supplere, aut Ecclesiam heredem relinquere, non poterat servos Ecclesie ad pileum libertatis vocare. Quilibet vero de causa manumitterentur servi Ecclesie, nec esset perpetuo in patrocinio Ecclesie contineri; nec necessitas praestare manumissio, ex textu praesenti; formula vero manumittendi servos ex fragmento Conc. Tolet. l. relata Barchard. l. 3. Decret. c. 32. Carnot. p. 6. Decret. c. 133. petenda est, ibi: De Ecclesiarum vero servis communi sententia est decretum, ut Archiepiscopi per singulas provincias constituti nostram auctoritatem lequantur, Suffraganei vero illorum exemplar illius penes se habeant: & quandoque de familia Ecclesie utilis inventus aliquis ordinandus est, in amboe ipsa auctoritas coram populo legatur, & coram sacerdotibus & omni clero, ante cornu Altaris, sicut in nostra auctoritate continetur, remota qualibet calliditate libertatem conlequatur, & tunc demum ad gradus ecclesiasticos promovatur. Ex quibus verbum apparet, quod cum servus Ecclesie manumittebatur, primo solebat charta manumissionis Episcopi auctoritate conscribi. Deinde legebatur instrumentum illud bis in Ecclesia: primo ex amboe, seu suggesta, ut populus audire possit: secundo ante cornu altaris, ut sacerdotibus & clericis in xium ad servos manumissos, ut sacris ordinibus initiarentur, recte restringit Lemaitre l. 1. §. c. 10.

Deinde scire oportet, quibus legibus viverent liberti Ecclesie, postquam libertatem erant consecuti: Et in primis curavit

Ecclesia, ne beneficium injuria rependerent, & irreverentia, totum Ecclesie. factive majestatem Ecclesie laederent, a qua & salutem sperabant, & acceptant libertatem, unde in Concilio Hispan. can. 8. actum est de superbis Ecclesie libertis, ut ad servitutem revocarentur; cujus canonis verba omitto, quibus equif. simi Patres maudandam recidiva servitute censent Elifai cui iudam ex familia Agathensis Ecclesie superbiam, qui libertatem adsecutus, de morte Episcopi cogitaverat. Deinde oportuit libertos Ecclesiarum una cum eorumdem libertis infra annum ab inauguratione novi Episcopi fidere se coram ipso, & chartam ingenuitatis, ac manumissionis tabulas apud eundem proferre: quod certe inventum ab Ecclesia, ne lapsu temporis libertorum memoria intercederet, & operis sibi debitis, atque obsequiis Ecclesie tandem profus orbaretur. Ita constitutum in Conc. Tolet. 4. fuit, can. 70. ibi: Libertis Ecclesie (quia nunquam moritur eorum patrona) a patrocinio ejusdem nunquam discedant, neque posteritas quidem eorum, sicut priores canones decreverunt: ac ne forte libertas eorum in futura prole non pateat, ipsaque posteritas naturali ingenuitate obitens, lese ab Ecclesia patrocinio subtrahat, necesse est, ut tam iidem liberti, quam ab eis progeniti possessionem Episcopo suo faciant, per quam fe ex familia Ecclesie liberos effectos esse fateantur, ejusque patrocinium non relinquunt; sed juxta virtutem suam obsequium ei, vel obedientiam praebeant. Quare si in hac parte peccaverint liberti, ut ingrati revocabantur in servitutem, ut constat ex can. 4. Concilii Casaraugust. 3. ubi in parte hac severitas temperatur his verbis: Quia ergo compertimus, quosdam Pontifices potius lucra sua ampliari studentes, quam de mercedis opere Domino placentes, liberos, quos ex familia Ecclesie a suis praedecessoribus inveniunt, pro eo quod libertatis suae chartulas infra constitutum tempus non repraesentant, statim eos in propriam subrogamus beneficium, ut si iidem liberti forsitan ignoraverint ordinem canonum, aut certe, aut adoleverint, ad praestandas libertates suas teperint, ipsius Pontificis sollicitudo mox ac in sedem sibi creditam successerit, per Cleram, aut domesticos perquirere procurabit, quos praedecessores Episcopi de familiae Ecclesie manumissionis gratulaverunt, ut eodem Pontifice premonente, ipsi liberti chartulas suae libertatis repraesentent, qualiter nec liberti Ecclesie, de institutione canonum ignorantes esse, prohibeant ne sacerdotis callida voluntas pateat.

Quibus ita animadvertens apparet vera ratio praesentis decisionis, quae nititur eo principio, quo docemur faciendum esse quod nobis non nocet, & aliis proficit, l. 2. G. de pignori. l. 2. §. 2. vult. Quamvis, ff. de aqua pluviae: est enim acquilinum, ut Ecclesiarum rectores, qui bona sua eidem Ecclesie donant, possit ipsarum Ecclesiarum servos manumittere, juxta rei collatae modum; cum exinde nullam damnam sentiat Ecclesia, & servi ad libertatem perducantur. Econtrario vero iniquum est, ut Praelati, qui nihil Ecclesie attrahunt, ejus servos manumittant, cum non habeat Ecclesia, unde damnum ex eorum manumissione inrogatum compensare possit: quare recte in presenti docetur libertatem praestitam ab Episcopo, qui nulla bona propria Ecclesie contulit; seu donavit, ab ejus successore revocari posse.

Nec obstat prima difficultas supra expensa ex d. c. sine exceptione, cum similibus. Nam respondeatur, in praesenti specie non desiderari solemnitatem in aliis alienationibus rerum Ecclesie praescriptam; quia in praesenti agitur de alienatione, quae juris auctoritate celebratur: unde ultra requisita a factis canonibus alia solemnitas non desideratur. Nec contrarium deducitur ex c. Episcopus qui mancipium, 12. q. 2. & in presenti c. Episcopus, relato in illis verbis, Subsequentibus. Quia ea verba referenda sunt ad casum in quo Episcopus manumittere intendit servum Ecclesie, non retento Ecclesie patrocinio; quo casu estimari debet, an bona donata ab Episcopo sufficiant non solum pro servo, verum pro patrocinio penes Ecclesiam non retento. Nec obstat secunda difficultas, pro cuius solutione dicendum est, Episcopum solum teneri tantumdem dare Ecclesie, quantum sufficit pro estimatione servi manumittendi; ut probatur ex c. Diaconi 35. ibi: De suo proprio aliud tantum restituunt, & de h. c. qui in qualibet, vult. Tantum quantum, 12. q. 2. c. si Episcopus, vult. nisi tantumdem, 12. q. 2. docent in presenti Abbas & Barbat. n. 5. Immo l. n. 7. Nec contrarium probatur in Conc. Tolet. relato in d. c. Episcopus qui, & in presenti: nam discrimen est assignandum inter casum, in quo Episcopus manumittit servum Ecclesie, nullo reservato Ecclesie patrocinio; & inter eum, in quo iulpatronatus Ecclesie reservavit. Primo casu sufficit tantum Ecclesie conferre, quantum servus manumissus estimari poterat; quia dominium ejus per manumissionem Ecclesie amisit. Secundo vero casu estimari debet non solum dominium servi, verum & iulpatronatus, quod post ejus manumissionem ab Ecclesia factam penes eam remaniturum erat, ut contingit in servo alieno ab Episcopo scienter ordinato; nam qui ita ordinavit, tenetur restituere dominio duplum, pro servo videlicet ipso, & pro iulpatronatus, c. si servus 20. §. 4. Nec obstat secunda difficultas deducta ex d. c. sine causa §. finali, cum similibus. Quia responderet, jura illa procedere; quando materia ipsa iure valida est; tunc enim regulariter semel licet competens revocari non potest, §. finali, Insti. quibus ex causa manumittit. l. 3. C. si advers. liberti. docent Pacius centur. 2. q. 19. Costa lib. 1. sect. c. 22. Sarmiento lib. 1. fol. c. 6. n. 22. Cabretos de matu. lib. 2. c. 34. n. 85. qui exponunt textum in l. Papienianus 8. §. placet, ff. de insti. l. cum vero 26. §. 8. ff. de fideicommiss. liberti, l. si cum 26. §. Aristo, ff. qui & a quibus, l. manum. §. 9. idem ff. de

7 Respondeo ratio deinde.

6 Respondeo ratio deinde.

BIBLIOTECA CENTRALIA

